



Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrnis Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 8. Saturitatis atq[ue] intemperantiæ incommoda & turpitudo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

tit, *Manducavit populus & babit, & surrexe-* Exod. 32,
runt ludere; lusum non notasset scriptura,
nisi impudicum. Si quis existimat, se & ab-
undantia ciborum potionumq; perfrui, & va-
care posse sapientia, hoc est, versari in delicis, &
deliciarum vitis non teneri, seipsum decipit, ait
S. Hieronymus.

Exod. 32,
6.S. Hierō.
l. 2. in Io-
uin.

§. VIII.

Saturitatis atq; intemperantiae incommo-
da & turpitudo.

Hæc arma milites Christi decent; illa
 Veneri seruiunt. Serpens jeuni hominis sa-
 liuā necatur; sic despuit dæmonem, qui de-
 spuit satietatem. Equi subtracta auenā; ve-
 nereæ voluptates, ardorq; libidinis, cibi &
 potus abstinentia, restringuntur. *Ieiunis*,
 inquit D. Cyprianus, *vitiorum fentina sicca-*
tur; petulantia marcat; concupiscentiae lan-
guent; fugitiæ abeunt voluptates; extingui-
tur ardantis Aethna incendium; & flammatio-
ni fornax Vulcani extincta intrinsecus mon-
tes conterminos non adurit. Sic suos athletas
præparat ad certamen Deus, dum à licitis
etiam eos vult abstinere; sicut faciunt, qui
in agone contendunt. Orcus non cupidis edo-
mare rebellionem carnis; non spoliare ty-
rannidem Cupidinis; non exarmare gulam;

Plin. lib.
38. nat.
hist. c. 4.S. Cypri-
an. de Ie-
jun. &
tentatio-
nibus
Christi.

M 5 neque

neque motus inhonestos in cippo claudere,
neque arctare aut distingere vagos appeti-
tus. Hæc iudicia sunt cœlestis Patris; virtu-
tes frugalitate alit; vitia sinit nutriti pre-
ciosè. Et quod mireris, panis frusto pauper-
culi, ac Dei serui vehementius delectantur,
quam Vitellij isti Iouiali apparatu. Quare
etn totos dies mensis accumbant, tamen
Psal. 58. conuertentur ad vesperam, & famem patien-
15. tur, ut canes: & circuibunt ciuitatem, per pla-
teas grassando, querentque, post prolixū
prandium, cœnam longiorem. Ita ipsi disper-
gentur ad manducandum; si verò non fuerint
saturati, & murmurabunt; nunquam enim
possunt satis lautè prodigeq; tractari, sem-
per queruntur de cibo, semper habent in
quo accusent cocum; nihil illis satis sapit,
quia non ex fame comedunt, sed ad volu-

Prou. 27. ptatem. *Anima saturata calcabit fauum;* &
7. *anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.*
Itaque tales non possunt liberalitatem pa-
ternam Numinis accusare, sed suam insatia-
bilem cupiditatem. Quanquam plerumque
Deus & natura his calicum trahonibus o-
mnem eripit voluptatem comedendi; im-
mò & facultatem. Rarò enim, qui multùm
bibunt, multùm comedunt; nec enim po-
cula

cula ferculaque tot & tan ta vno stomacho simul capiuntur , nisi per vices , nunc vina , nunc fercula reuomantur ; vt priùs immoderatè ingesta locum faciant, immoderatiùs successuris. Sed omnium stultissimum est, reperiri, qui cum , præ quotidiana ebrietate. cœnæ obliuiscuntur , tamen existimant, se jejunasse ; obseruata scilicet lege Ecclesiastica cibos solùm prohibente , & lege naturali temperantiæ turpissimè violata. Quale hoc jejunium est, potare, vt non esuriat ? offerre Deo inediam, & diabalo ebrietatem ? Nunquid satius esset, carere vino, quām non carere vitio ? destitui pane, quām distendi dapē? incendio alimenta subduci, quām injici? sed pauci hoc capiunt. Illos ergo Deus concupiscentijs suis regēdos permittit; aliquando etiam, tanquam fures ac raptore, seuerissimè puniturus. Nam illud vinum ad se rapiunt abliguriuntque, in propriam perniciem, quod ægrotis , quod debilibus , atque extrema egestate in extrema deiectis debetur. Quod non prodest eis, nisi vt, velut dolia , impleantur , atque in morbos pingueſcant, & naturæ suffocent vigorem. Neque enim podagra duntaxat in pedibus istorum nidulatur, sed etiam in toto corpore mille

pestes

pestes, quæ subitas mortes, post se, trahunt.

Psal. 103. Quod per imprecantis modū prædixit Psaltes. Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita

35. ut non sint; hanc habent intemperantiæ suæ

mercedem, quib⁹ in solo est viuēdi causa palato,

hoc est, qui non comedunt, vt viuant, sed vi-

uunt vt comedant; neque à Deo escam (ipsis

pullis coruorum deteriores) expectant, sed,

vt abundant, etiam egenos spoliant. Talis

Psal. 90. descriptus est illis verbis: Sedet in insidijs, cū

30. diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem.

Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in

abscondito, quasi leo in spelunca sua. Insidiatur,

ut rapiat pauperem, rapere pauperem, dum at-

trahit eum. Quid ergo illi continget? Ca-

det cum dominatus fuerit pauperum. Paupe-

rum enim sanguis in venenum ei erit, non in

alimentum..

§. IX.

*Quām longē melior sit conditio pauperum
conditione diuitum?*

Hæc cum ita sint, ite iam, pauperes, &
dicite, Deum vobis esse inclementem: lau-

date, diuites, sortem vestram, iminō deplo-

Matth. 5. rate. Veritas pauperes *beatos* vocat, beatos

Luc. 6. qui esuriunt: de diuitibus autem quid dicit?

Matt. 19. *Va vobis diuitibus, va, qui habetis consolationem*

vestram